et immediate venturo solvere creditoresque circa acta praesentia Ca-
strensia Praemisliensia in Castro Praemisliensi reponere et relinquere in-
terum ab officio offerre debere sub vadio similis summae trecentorum
flor. pecun. in effectu solutionis summae vero principalis non solu-
turus. Nihilominus praefatus Joannes Swiatkowski se et suos
106 successores super omnibus bonis suis obligat praesentem inscriptionem ex his
actis ad acta terrestria Praemisliensia ante decursum omnis anni transpor-
tare sub simili vadio trecentorum flor. pecun. monetae Polonicae.
Pro quaque summa vadioque praefatus recognoscens cum suis suc-
cessoribus ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense citatus
extunc a terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis recedendo
coram eo officio cui se actus praesentis respectu cum successoribus bo-
nisque suis subiicit in primo citationis terminoque peremptorio sta-
re parere respondere ac pro praefata summa principali vadioque
ab officio nunc decidendo satisfacere tenebitur vel sui posteri tene-
buntur. Nullum terminum omnium praemissorum circa vel simplici in-
firmitatibus, actionem pro maiori, literis et decretis regalibus, statutis
et constitutionibus quibusvis laudatis et laudandis, bellis, colloquiis, con-
ventionibus generalibus vel particularibus, expeditione bellica, servitio
militari et reipublicae, sive sacra regia maiestatis, sive curia [illegible]
aerea pestifera, absentia a regno ac aliis omnibus legalibus impedi-
mentis non differendo, nec prolongando, atque se excipiendo, ad quietationem nul-
lificationemque inscriptionis praesentis et ad vinculorum solutionem sibi non
accipiendo; appellationes commotionibus variisque prorogationibus ab officio
nullas faciendo, poena trium marcarum et triplici poena vadiorum seu
vadii non evadendo. Immo se cum successoribus omnibus viis et modis
evasionibus, controversiis, praescriptionibus, exceptionibus, omnibusque
generaliter dilationibus abrenuntiando et nil sibi penitus in auxilium
contra inscriptionem praesentem assumendo, successorumque suorum
sub amissione totius causae ac solutione praefati vadii vel va-
diorum. Quo vel quibus solutis atque inscriptioni praesenti et om-
nibus in ea contentis satisfacere cum suis posteris tenebitur quoties opus
fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis
obstante. Actus vero iste firmatum est.

Drohoiowsky inscribit se Swiatkowskim

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus
Praemisliensibus Generosus Kilianus Drohoiowski in Rakowa haeres
a terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis ac foro com-
petenti recedendo, praesenti vero Castrensi Praemisliensi iurisdictioni se
successoresque ac bona sua omnia quoad actum praesentem incorporando pu-
blice recognovit. Quia se et suos successores super omnibus bonis suis
haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus nunc et in post
habitis in manus nobilium Joannis Alberti et Pauli Swiatkowskich
fratrum germanorum pro nobili Stanislao Parkowski genere ipsorum
et eius successoribus inscribit et obligat. Quia dum et quando nobilis
Joannes Swiatkowski praedicto Stanislao Parkowski genero suo sum-
mam trecentorum flor. pecun. monetae Polonicalis, ratione dotis post
nobilem Annam sororem suam, sive et fratrum suorum praedictorum nobilis
Stanislaus Parkowski non tenebitur inscriptione castrensi Praemisliensi, reponere. Extunc praefatus
Stanislaus Parkowski non tenebitur nec erit potens summam vero
levare a Cancellaria et officio praesenti, donec vel Swiatkowskim

summam sexingentorum flor. pecun. demonstraverit, in qua sum-
ma sexingentorum flor. pecun. praefata Anna soror ipsorum con-
sorti suae reformationem dotis et dotalitii legittime inscribent
et facient, et hoc sub vadio trecentorum flor. pecun. in effectum com-
pletionis praemissorum, ac in evidentia impletionis eorum solutionis
vero summae trecentorum flor. pecun. pro vero Kilianum Droho- 107
iowski vel eius successores praedictis Swiatkowskim vel eorum posteris
ad solvendum toties quoties opus fuerit successuris. Nihilominus praefatus
Drohoiowski se et suos successores super omnibus bonis suis obligat praesentem
inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Praemisliensia ante decursum omnis
anni transferre transportare, similemque vel si opus fuerit melio-
rem recognitionem facere sub simili vadio trecentorum flor. pe-
cuniae. Pro quo quidem vadio seu vadiis praefatus recognoscens cum
suis successoribus citatus, extunc a iure foro suis propriis quibusvis
recedendo coram Castrensi Capitaneali Praemisliensi officio cui se actus
praesentis respectu cum successoribus bonisque suis subiicit in primo
citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere
ac pro praefato vadio seu vadiis, omnibus exceptionibus controver-
siis, praescriptionibus, evasionibus, motionibus, appellationibus va-
riisque prorogationibus, vera vel simplici infirmitatibus, actione
pro maiori, poena trium marcarum et triplici poena ac aliis
omnibus generaliter dilationibus legalibusque impedimentis in parte
vadii satisfacere cum suis posteris toties quoties opus fuerit te-
nebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Castellanus Sanocen. etc. Herbortowcij

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus
Praemisliensibus Magnificus Joannes Herbort de Fulstin Castella-
nus Sanocen. et Capitaneus Praemisliensis, a terris districtibus
iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competenti recedendo
praesenti vero Castrensi Praemisliensi iurisdictioni se successores ac
bona sua omnia quoad actum praesentem incorporando mente et corpore
sanus existens publice recognovit. Quia Generosa Zophia de
Jrzandze eiusque successoribus quadringentos flor. pecun. mone-
tae Polonicae certi veri et liquidi debiti sibi mutuata pecun.
tenetur, praesensque inscriptione se et suos successores super omnibus bo-
nis suis haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus
nunc et in post habitis obligat et inscribit per duabus ratis in-
frascriptis videlicet ducentorum flor. pecun. pro festo Can-
ctae Agnetis virginis proxime et immediate venturo, alteram
vero ratam scilicet ducentorum flor. pecun. pro festo Assumptionis
gloriosae virginis Mariae proxime venturo solvere creditoresque
circa acta praesentia Castrensia Praemisliensia reponere et relinque-
re quamlibet ratam sub vadio similis summae cuilibet ratae
correspondente, in solvendo in effectu solutionis successuris. Ni-
hilominus praefatus Magnificus se et suos successores super om-
nibus bonis suis obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta
terrestria Praemisliensia ante decursum omnis anni transferre et trans-
portare sub simili vadio quadringentorum flor. pecuniae. Pro
quaquidem summa ratae cuiuslibet et vadio praefatus recognos-
cens cum suis successoribus citatus extunc a iure foro suis pro-

pnis quibusuis recedens coram judicio seu officio praesenti Castren
praemisliensi, cui se ad quod scit citabitur, actus praesentis re
spectu cum successoribus bonisque suis subjicit in primo citationis ter
mino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefata
summa vadioque rata cuiuslibet satisfacere cum suis posteris tenens
quoniam opus fuerit tenebitur. Nullum terminum ocasionem praemissorum
vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, litis et decre
tis regalibus, bellis coloquiis, conventionibus generalibus vel par
ticularibus, expeditione bellica, servitio militari et reipublicae
sive sacrae Regiae mtis, legatione, evocatione de terra et dictu
absentia a regno ac aliis omnibus legalibus impedimentis non dif
ferens nec prolongans atque se excipiens, ad quietem mortificamque in
scriptionis pntis et ad evictorem seu evictores dilationem sibi non petens
appellationes cum motionibus earumque prosequutiones a iudicio
seu officio nullas faciens, poena trium marcarum et triplici poena
non evadens, immo secum successoribus omnibus iuris remediis eva
sionibus, praescriptionibus, suspensionibus, aliisque omnibus generalibus
dilationibus abrenuntians. et nil sibi penitus in auxilium contra
inscriptionem pntem assumens, suae suorumque successorum sub ammissione
totius causae nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante

Herborth ttr Castellano Sanocen.

Coram officio et actis praesen Castren praemisliensi personaliter
stans Generosus Joannes Herborth de Fulstin et in Bruchnal haeres
a terris districtibus iuribusque suis quibusuis propriis recedens
praesenti vero Castren praemisliensi iurisdictioni se successores ac
bona sua omnia quoad actum pntem incorporans mente et corpore sanus
exnis publice perexpressumque revenit. Quia magnifico Joanni
Herborth de Fulstin Castellano Sanocen et Capitaneo praemisliensi
eiusque successoribus summam quadringentorum florenorum poenae moneta
et numeri polonicalis certi vere et liquidi debiti sive mutua
ta pecunia tenetur, praesentique inscriptione se et suos successores super
omnibus bonis suis haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobi
libus nunc et in post in quibuscunque terris et districtibus regni po
loniae habitis inscribit et obligat pro duabus ratis infrascriptis
unam vero ratam ducentorum florenorum poenae pro festo sancta a
gnetis virginis proxime venturo, alteram vero ratam simili
ducentorum florenorum poenae pro festo assumptionis gloriosae virginis
proxime venturo solvere realiterque circa acta praesentia Ca
stren praemisliensi reponere et relinquere sub vadio similis
summae ratae cuilibet correspondens, in deffectu solutionis ad sol
vendum succumbens. Nihilominus praefatus Herborth se et suos
successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit praesentem
inscriptionem ex his actis ad acta terrena praemisliensi ante decur
sum unius anni transferre transportare similemque vel si opus
fuerit meliorem recognitionem facere sub vadio similis summae
quadringentorum florenorum poenae. Pro qua quidem summa vadioque prae
fatus recognoscens cum suis successoribus citatus, extunc a terris di
strictibus iuribusque suis quibusuis propriis ac foro competens rece
dens coram Castren Capitaneali praemisliensi judicio seu officio
cui se ad quod scit citabitur. Factus pntis respectu cum successoribus
bonisque suis subjicit in primo citationis termino tanquam peremptorio

stare parere respondere ac pro praefata summa principali vadioque
rata cuiuslibet satisfacere cum suis posteris tenens quoniam opus fue
rit tenebitur. Nullum terminum ocasionem praemissorum vera vel
simplici infirmitatibus, actione pro maiori, statutis et constitutioni
bus quibusuis laudatis et laudandis, bellis, coloquiis conventionibus
generalibus vel particularibus, expeditione bellica, servitio mi
litari et reipublicae sive sacrae Regiae mtis, evocatione de terra
et districtu, absentia a regno ac aliis omnibus legalibus impedimentis
non differens nec prolongans atque se excipiens, interregno minoren
nitatemque successorum se non deffendens, ad quietem mortificamque
inscriptionis praesentis et ad evictorem seu evictores dilationem
seu dilationes non recipiens. a decretis quibusuis tam in accesso
rio quam in principali negotiis latis et factis nullas motiones
cum appellationibus faciens, allegationibus. Quod non feci evadens va
dium faciam et facere me offero. Nec clausula. Neminem ad impos
sibilia tenere et obligare se non deffendens, poena trium marcarum et
triplici poena vadium seu vadia praenotata non evadens. Immo
secum successoribus omnibus iuris remediis evasionibus praescripti
onibus suspensionibus, ac aliis omnibus generalibus dilationibus abrenun
tians. et nil sibi penitus in auxilium contra inscriptionem pntem as
sumens, suae suorumque successorum sub ammissione totius causae. Nulla
praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Tarlo tenetur Szczeniawa

Comparens personaliter coram officio et actis praesen Castren Ca
pitanealibus praemisliensi Generosus Nicolaus Tarlo de Szczekarzo
wicze, Vexillifer terrae praemisliensis, mente et corpore sanus exnis
non compulsus neque coactus, recedens a terris pallatinatibus disti
ctibus iuribusque suis quibusuis propriis ac foro competens recedens
et huic iurisdictioni praesenti Castren praemisliensi cum bonis omnibus
ubicunque habitis et habendis successoribusque legittimis quoad actum
effectumque totius inscriptionis pntis incorporans et inviscerans pu
blice perexpressumque recognovit. Quia Generoso Petro Szczeniawa
eiusque legittimis successoribus summam quatuor millium et quin
gentorum florenorum pecuniae cois monetae et numeri in regno usua
lis quemlibet florenorum per triginta grossos computandos certi
veri et liquidi debiti mutuataeque pecuniae sive pro festo Con
versionis sancti Pauli apostoli proxime et immediate ventu
ro coram officio et actis praesen Castren praemisliensi repo
nere numerare et relinquere, neque ab illo officio recedens rursus
effidiebere, etiam non obstans ipsius Petri Szczeniawa absentia eiusque
successorum debebit ac tenebitur. In deffectu vero solutionis et re
positionis summae praefatae pro die et tempore suprascripto extunc
tenebitur praefatus Vexillifer vel illius successores tenebuntur quos
secum super omnibus bonis suis obligat et inscribit praefato Pe
tro Szczeniawa et eius successoribus in bona sua haereditaria vel
in totas et integras villas Liaski et Susicza maior cum praedictis
in eisdem villis extructis a granitibus ad granities prout praedicta
rum villarum haereditates se in suis metis et limitibus pro
tendunt dare et admittere realem intronem et actualem pacificamque
possessionem per minimum terrenum quemcunque sibi ipse Szczeniawa du
xerit eligendum sub vadio similis summae quatuor millium et quin